


Disputatio. Theologico-Exegetica De Notione. Filiorum Et Filiorum. Dei. Biblica

Rostochii: Adler, 1751

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829197818>

Druck Freier  Zugang






383

a. B.
48. b. 8.


16.

Fa - 1092 (16.)

2. 29
3. 23
4. 22
5. 27
6. 2
7. 11
8. 1
9. 15
10. 14
11. 13



2. 27
3. 23
4. 22
5. 27
6. 27
7. 17
8. 17
9. 15
10. 14
11. 13



DISPVATIO. THEOLOGICO - EXEGETICA
 DE
NOTIONE. FILIORVM
 ET
FILIORVM. DEI. BIBLICA

QVAM
 ADSISTENTE. SVPREMO. NVMINE
 RECTORE. ACADEMIAE. MAGNIFICENTISSIMO
 SERENISSIMO. PRINCIPE
 AC. DOMINO

DOMINO. FRIDERICO

DVCE. MEGAPOLITANO
 PRINCIPE. VANDALORVM. SVRINI. AC. RACEBVRGI
 COMITE. ITEM. SVRINENSI. TERRARVM. ROSTOCHII
 ATQVE. STARGARDIAE. DYNASTA
 PRINCIPE. AC. DOMINO. NOSTRO. LONGE. CLEMENTISSIMO

CONSENTIENTE. S. R. FACVLTATE. THEOLOGICA
 PRAESIDE

BERNHARDO. FRIDERICO
QVISTORPIO

PHILOS. ET. S. S. THEOL. DOCTORE
 HVIVSQVE. PROFESSORE. PVBLICO. ORDINARIO
 d. XXIX. DECEMB. A. O. R. C1510CCL12
 PVBLICO. EXAMINI. SVBMITTIT

FRANCISCVS. ERNESTVS. LANGE

GRABOVIO-MEGAPOL.
 S. S. THEOL. CVLTOR.

ROSTOCHII, LITTERIS, ADLERIANIS.

UNIVERSITÄT ROSTOCK

NOTION
FILIORVM
ET
FILIORVM DEL. BELGICA

ASSISTENTE SYNDICUS
RECTOR ACADEMIAE MAG. THEODORUS
SERENISSIMO PRINCIPIS
AL. DOMINO

DOMINO FRIDERICO

DUCE REGALITATE
FRIDERICO FRIDERICO
AL. DOMINO

FRIDERICO FRIDERICO

FRIDERICO FRIDERICO

FRIDERICO FRIDERICO

FRIDERICO FRIDERICO



§. I.

AD ADOPTIONEM, DEI spiritualem; quae adoptionis nomine venire solet, actibus non solum gratiae SPIRITVS. S. adscribendam, verum a caeteris etiam diuersum actum esse, nemo temere infitiatus fuerit. mirari tamen quis posset, cur parcius eadem

a systematicis theologiae dogmaticae doctoribus adtingatur, certe peculiari articulo a reliquis vulgo haud discernatur; sed scriptoribus ferme asceticis permittatur. fuit tempus, quo a nonnullis ecclesiae nostrae theologis systemata tentarentur, & inter reliqua, quae in iis desiderentur, doctrinae de adoptione defectus eis exprobraretur. PAVLVS. ANTONIVS, tum isenacensis; post halensis, theologus a) ait: *ich habe gewünscht*

a) im ausführlichen Bericht wegen eines scripti anonymi s. e. ausführli. Beschreibung des Vnsugs, wuelchen die Pietisten zu Halber-

A

24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14
13

wünschet, und wünschē es noch, das in allen systematibus stehen möge,
 was nothwendig zum Begriff der seligmachenden Lehre, und zur Ein-
 leitung in die heilige Schrift, als in die Richtschnur der himlischen Lehre
 gehört e. g. von der Widergeburt und Erneuerung, von der Erleuch-
 tung, vom Zeugnis des H. Geistes, vom innerlichen und äußerlichen
 Gottesdienst, von der Kindschaft - -, praeterquam autem, quod
 tractatio de adoptione a theologis nostratibus neglecta haud
 fit, sed libellis, tum acroamaticis tum practicis discussa b), imo
 & nonnumquam loco theologico separato c) exposita fuerit, re-
 liqui eandem systematibus non excluderant, sed in articulo
 de iustificatione, tamquam illius effectum subiecerunt. se-
 quitur hanc methodum D. B V D D E V S d), qui halenses ali-
 oquin haud facile deserit, & laudat: adoptionem ceu effectum,
 & consequens, ab ipsa iustificatione distinguunt theologi, etiam illi, qui
 ἀνελπισται sectantur. quod etsi ad suspicionem D. ANTONII
 diluendam sufficere possit; rationem tamen non aperit, cur
 unio mystica, quae pariter inter iustificationis effectus recen-
 setur, seorsim tradatur, adoptio spiritualis non item. nec
 alia adlegari posse videtur causa, quam quod doctrina de fi-
 liatione DEI, practica quam theoretica potius sit, & nec diffi-
 cultate quadam impediatur, nec controuersis specialioribus
 inuoluatur, siquidem, quae huc trahi possunt, ad articulum
 de iustificatione maxima ex parte reuocantur e) v. g. de ado-
 ptio-

- stadt gestiftet (IENAE 1693.) p. 71. grauer hanc adu-
 sationem repulit D. FECHTIVS de studii biblici cum systema-
 tico conuersione §. XV, seque ad D. ANTONIVM digitum
 intendisse, declarauit lectionibus in syllog. disp. II. §. VII. p. 43.
 b) indicem copiosum dabit b. MICH. LILIENTHAL, in
 theologisch-homiletisch, archiuario p. 313. sqq.
 c) succurrit, qui ad manus est, D. WILH. LYSERVS system.
 th. mor-exegetico p. 1560. sqq.
 d) instit. theol. dogmaticae L. IV. C. IV. §. XIV. p. m. 1040.
 e) D. HOEPFNERVS de iustif. disp. VI. §. sqq. & disp. X. p. 685.
 edit. 1728. & systemata, passim.

ptionis caussis & certitudine. quae vero luculentius examen sibi deposcunt, pertinent ad phraseologiam sacram & interpretibus relinquenda sunt; qui integros scripturae sacrae libros aut singula dicta sua opera exornarunt. dici etiam non potest, quantam lucem argumentis theologicis foeneretur, quantum robur demonstrationibus systematicis adiungat vsus biblicus. non semper quidem, vtut interdum, nouis vtuntur vocabulis viri DEI sancti; sed vulgaribus, quos consuetudo inuexit; attamen nec omnis profanus significatus iis familiaris est, nec, quod potissimum est, tritus vbique retinetur, sed ad vsum mysticum aut spirituale saepenumero eleuatur f). qua de causa in primis veritates reuelatas cognoscendi subsidiis numerandus est vsus biblicus. ordiuntur philosophi a definitionibus siue arbitrariis s. vulgo receptis; theologi fixis SPIRITVS. S. notionibus circumscripti vltra scripturam eiusque vsum sapere nequeunt. atque hinc, quantum inter exegesis theologiam & hermeneuticam philosophicam intercedat discrimen, simul intelligitur. eos ad vnum omnes, qui neglectis grammaticae praesidiis, non praesertim & ante omnia *in vocibus & verbis haerent*, in iisque explanandis elaborant, sed sensum vnice *a rebus*, id est (more hodierno) e philosophiae compendiis quaerunt; &, qui suis interpretamentis, ex metaphysica sumtis, aut formulis, nudius tertius tam acute, vt aristarum aculei sunt, excogitatis, libros sacros aggrediuntur; eos denique, qui cerebri sui enuntiationes, definitiunculas, atque hypotheses, in oracula DEI *inferunt*. eos, inquam, ad vnum omnes, & maximo conatu nihil agere, & theologici fundi calamitates esse, & recta via ad illam perniciem ducere, qua veritas religionis christianae deprauatur, & corrumpitur, nouissime & verissime pronuntiauit vir doctissimus, D. IOA. BENED. CARPZO VIVS, philologus & theologus iulio-carolinus g).

A 2

quae

f) egregie hoc docuit TOBIAS. EKKARDVS *technica sacra*, praesertim C. III. sqq. p. 63 sqq.

g) *de interprete scripturae S. grammatice* §. XIII. p. 32 sq. addatur IOANN. AVG. ERNESTI, viri clarissimi, *diss. de vanitate*

quae praecipitia vt effugiam, dictionem sacram consulam, & locis S. codicis perlustratis, atque inuicem comparatis, quae filiorum & filiationis DEI vocem habent, adoptionis spiritualis indolem eruam. cum autem *filius DEI* fit terminus complexus, & vsus biblicus vniuersalis inductione colligi debeat, non negligenda mihi erit vox *filii* incomplexa. ab hac igitur exordium capiam, hinc ad filium DEI progrediar, & denique filiationem spirituales inde ostendam. adfit NVMEN benignissimum conatui!

S. II.

FILIVS vsu loquendi vulgari, tam sacro, quam profano, is audit, qui essentiam ab altero per generationem habet. origo haec filiationis proprie dictam constituit filiationem. proprius enim significatus est, cui primitus vocabulum destinatum est, nisi vsus sequior, abolito priore, alium inuexerit. vnde fit, vt sit famosior, & frequentior, quem quilibet statim menti subiicit, simul ac vocem istam pronuntiatam audiuerit aut scriptam legerit, nisi series orationis aut scriptionis ab eodem audientem vel legentem auocet. exacte haec conueniunt in filii nomen, significatu biblico consideratum. MOSES, diuinorum scriptorum primus filios adpellat, qui a parentibus procreati sunt, quando v. g. genealogiam antediluvianorum hominum GEN. V., posterorum NOACHI. C. X., liberorum IACOBI s. ISRAELIS. C. XLIX. percenset. ex quo patet, filii natiuam adceptionem hanc esse. vt originem per generationem, siue essentiae communicationem innuat. nec procedente tempore hanc notionem oblitteratam esse, testes sunt locupletes tum libri V. T. postremi, siue historici, vt libri regum & chronicorum, siue prophetici, HAGGAEVS, ZACHARIAS, MALACHIAS:

tum

philosophantium in interpretatione librorum S. LIPS. 1750. v. g. quando potestas singulorum verborum ex philosophia definitur p. 6. verborum sensus exigitur ad subtilitatem dialecticam & metaphysicam p. 9; in interpretando adhibetur ieiuna analysis notio- rum & enunciationum p. II.

tum scripta N.T., ex quibus ad solum saluatoris nostri genealogiam MATT. I. 1. sqq. & LVC. III. 23. sqq. prouocasse satis habeo. quam ob rem ludibrium aliis deberet, qui, quando filii in sacris litteris mentio iniicitur, alium intelligere vellet, quam qui ab altero generatus est, nisi contextus aut epitheta adiecta aliam suadeant interpretationem. idem, si opus foret, nomine *patris*, tamquam correlati, confirmari posset, quod vsu biblico perinde, quam profano, vulgari, proprio, famoso eum denotat, qui alteri generans essentiam largitur, v. g. GEN. II. 24. IX. 18. 22. 23. ZACH. XIII. 3. MAL. I. 6. EPH. V. 3. VI. 2. 4. EBR. VII. 3. XII. 9. negari quidem nequit, non omne, quod per generationem essentiam adcipit, filiorum nomine censerit, siquidem canis & catellus, arbor & arbusculum, etsi alterum ab altero generetur, patris & filii non insigniuntur adpellatione, solis quippe entibus ratione conspicuis propria. at ista restrictio, qua vsus loquendi animata rationalia inanimatis & irrationalibus creaturis praefert, proprium illius significatum non euertit. ratum enim & immotum perstat, omne ens rationale, quatenus a parentibus descendit, filium esse, propriaque significatione, quam illi etiam dedi, vocandum esse, interim id adhuc notandum est, filium, qui ratione generationis ita dicitur, non tantum respectu parentum proximorum, sed etiam remotiorum ita vocari. quemadmodum enim patres frequentius tam in V. quam N. T. libris adpellantur omnes maiores lineae adscendentis v. g. DEVT. XXVI. 3. ZACH. I. 2. 4. 5. 6. IOA. IV. 12. 20. VIII. 38. sqq. EBR. I. 1. III. 9, ita filii saepius dicuntur omnes descendentes & posterii, quis nescit denominationem filiorum ISRAELIS & IVDAE a IACOBO & IVDA factam, eorumque posteris vltimis tributam? CHRISTVS filius ABRAHAMI & DAVIDIS MATT. I. 1., imo IOSEPHVS. DAVIDIS filius v. 20. vocatur, partim, vt origo CHRISTI ex stirpe DAVIDIS secundum humanam naturam insinuetur IES. XI. 1. ROM. I. 3. 2 TIM. II. 8. partim & quam maxime, vt confirmetur, IESVM. NAZARENVM esse verum illum promissum MESSIAM.

A 3

ABRA-

ABRAHAMO enim atque DAVIDI promissiones de messia ex ipsorum semine nascendo praecipue factae & repetitae sunt. propriam hanc esse significationem, nemo dubitauerit, quoniam ratio illius in generatione posita est. latiore autem siue generaliorem illam dixerim, ut a priori, tamquam strictiori ac specialiori illam secernam.

§. III.

A. PROPRIA significatione filii nomen ad plures alias deflexa est, quae impropriae vocari solent. huc reuocantur a) brutorum foetus & pulli, qui filiorum nonnumquam nomine censentur, ut filii camelorum GEN. XLII. 16, filius asinae GEN. XLIX. 11. ZACH IX. 9, filii vaccarum L SAM. VI. 10, filii gregis & armenti IER. XXXI. 12. posset haec adceptio propria credi, quia proprie dicta generatione bruta essentiam habent adceptam; sed famosior significatio, quae intelligentibus filiorum nomen vindicat, obstare videtur, sicut in aliis vocabulis vsu venire deprehenditur, ut non omnibus, quibus definitio competit, definitum tribuatur. procul dubio ad improprios significatus spectant, qui ab analogia quadam proficiunt, indeque analogici vocari queunt. aperta est analogia in filiis *per institutionem*, siue discipulis, qui doctrinam ac disciplinam praeceptorum sectantur. sicut enim salutantur patres IVD. XVII. 10. 2 REG. II. 12. qui praeceptis & exemplo erudiunt; sic filii, qui ab iis instructi sunt I REG. XX. 35. PROV. I. 8. MARC. X. 24. GAL. IV. 19. I IOA. II, 1. 18. non abnueram tamen, alios quandoque respectus adcedere, & amoris, quam institutionis rationem potius haberi. filii enim patrum voce vtuntur honoris causa, & hi vicissim illos adfectus gratia filiorum nomine adloquuntur. disparis generis sunt filii *per adoptionem*, qui, cum ab aliis generati sint, filii proprie dicti esse nequeunt; iuribus tamen liberorum donantur, siue quibusdam tantum, ut nutriantur & educantur, siue omnibus, ut in haereditatis simul veniant partem. ita IACOBVS. EPHRAIMVM & MANASSEM, IOSEPHI filios GEN. XLVII. 5., filia PHARA-

a) STOCKIUS *clauis linguae S. V. T.* p. 141.

8.a.

ET. FILIORVM. DEI. BIBLICA. 7

PHARAONIS. MOSEN. EX. II. 10. coll. ACT. VII 21. EBR. XI. 24. MARDOCHAEVS. ESTHERAM, ESTH. II, 7. natos natamque adsciuerunt. medii inter vtrosque intercedunt filii ecclesiae, quia partim ratione institutionis, partim ratione adoptionis (quatenus olim soli iudaei fuerunt filii ecclesiae natiui) ita vocari possunt. ecclesia enim instar matris est. illustris est IESAIAE propheta C. LX. 4. : filii tui e longinquo venient, & filiae tuae ad latus a nutricibus adportantur. conf. c. XLIII. 5. 6, C. LIV. 1 sqq. plures eiusmodi significationes analogicae nominis filii, quae SPIRITVS. S. familiares sunt, in medium proferri possent, sed ne longius ab instituto abeam, illas dimitto, cum exempla adducta mentem meam & rem ipsam satis superque declarent.

§. IV.

DIFFITERI interim nequeo, me filii vocabulum in iis numerare, quae nec proprie, nec improprie & analogice semper sumuntur, sed interdum aequiuoce, & prorsus diuersa significatione capiuntur. adiungitur enim quandoque aliis nominibus, quorum relatio ad filiationem aegre intelligitur. equidem IAC. GVSSSETIVS, theologus pariter ac philologus groeningensis quondam litteratissimus, postquam homonymias filii in V. & N. T. obuias in certas digesserat classes, omnes e filiatione deriuari posse opinatur a) : varietas illa, quanta, quanta sit, non prohibet, quo minus attendatur in qualibet locutione ad rationes e filiatione deducendas, prout illae sese offerent, puta, ad conformitatem, obsequium, haereditatem, ad originem praecipue. nec id vitio dari potest philologo isti, dummodo subsidia linguarum orientalium non repudiasset. sed tum verba recitata produnt, quanta sit opus arte, vt definita perficiantur; tum difficultates, quibus conatus cingitur, euentum eludere videntur. nam ipse fatetur, בן aetatem notare, nempe iuuenilem PROV. VII. 7. b), בנות perinde ac בני interdum

a) comment. linguae ebraicae-p.239. edit. LIPSIENS.
b) l.c. p.236.

29
23
22
27
19
15
14
13

terdum non pro nota relationis ad patrem, sed & sensu absoluto sumi. v. g. GEN. XXX. 13 c). classis prima, quam constituit, significat tempus, vel durationis rei, v. g. GEN. V. 32, vel effectiois, h. e. quanto tempore res effecta fuerit ION. IV. 10. d) de hac non potest non adfirmare: *difficile est, rationem reperire*, licet coniecturas varias subiiciat. ad haec classes habet, quae non solum disparata, sed & opposita designant, v. g. mox causam producentem, mox inuerse effectum productum, mox rem malam & destruentem. quae virum doctissimum adeo suspensum tenent, vt de felici successu subdubitet: *obseruo, valde diuersa esse, interdum etiam contraria, vt classes A. 5. & 6., nonnulla etiam determinata ardua & ambigua, imo ad analysin sui requirentia acumen metaphysicum, nec adeo linguarum phrasibus subesse solitum e).* mea quidem sententia diuersi nominis יב דantur significatus, quos quidem analogia qualiscunque initio produxit; sed cum nos fugiat, vnde deriuata sit, in certas classes describere satius est, quam ad incertos patris filiique respectus reuocare. quando enim v. c. scintillae dicuntur filii prunae IOB. V. 7, aut sagittae filii pharetrae THREN. III. 13, aut frumentum filius areae IES. XXI. 10., dixisse praestat, inanimata quaedam filios dici respectu subiecti, cui insunt, quam ad obscuram filiorum relationem se recipere f). eadem de causa philologi praestantissimi filii nomen aliis additum in denominatiuum mutarunt. ita D. DANZIVS inquit g) nomina שׂוֹרֵי, יב ac יבֵּי eorumque foeminina, constructa cum aliis, constituant concreta denominatiua ac possessiua, i. e. persona aut res ab ea voce denominatur, a qua constituitur. nec improbare hanc methodum GVSSETIVS potest, qui scribit h): *adducor, vt opiner, non fuisse alium huius ex יב locutionis usum, quam apud graecos adiectiuorum denominatiuorum.* philologus haec vterius discipanda

c) l. c. p. 237.

d) l. c. p. 238.

e) l. c. p. 238.

f) ita sensit STOCKIVS *clau. L. S. V. T. p. 141.*

g) *interpretis ebraeo chaldaei synopsi §. 27. p. m. 23. 24.*

h) l. c. p. 238. b.

ptanda permitto. generalem significationem non repudio, quando explorata est; sed ambiguous, obscuras, remotas analogias scripturae parum lucis foenerantur, nec theologis magnam adferunt vtilitatem. vsus etenim biblicus ex coniecturis demonstrare non possunt, sed ex indole rei secundum regulas exegeticas scrutari debent, quem, si fieri potest, ex denominante illustrare demum queunt, postquam inuestigatus est. quid adtinet filiationem operose exquirere, quando memorantur filii mortis 2 SAM. XII. 5, & irae EPH. II. 3.: aut filius olei IES. V. 1. (quem SYMMACHVS, pro ἰϰ legens ἰϰ , vertit per medium oliuarum)? quando constat, irae & mortis reos, aut cornu oleosum intelligi, videant, qui velint, quae ad patrem relatio huc trahi queat.

§. V.

VNO haec exemplo illustrabo, dicto illo vexato IES. XIV. 12.: *quomodo cecidisti de coelo, lucifer, fili aurorae?* astronomicam interpretationem a me nemo expectauerit. per *luciferum siue stellam matutinam*, vt ait CEL. WIDEBVRGIUS, mathem. prof. in academia ienensi a) *venus proprie intelligitur, quae in digressionem suam occidentalem a sole tempore matutino ante solem oritur. haec autem splendore & magnitudine reliquas stellas tum erraticas minores, tum fixas omnes longo post se interuallo relinquit, ideoque principatum inter ista sidera obtinere non incongrue dicitur. veteres inde ab aevo TERTVLLIANI magno consensu ad lapsum diaboli haec transferunt, cui proinde ex populari errore luciferi nomen adhaesit*)*; integro contextu reclamante, qui principem babylonium, in sublimi positum dignitatis fastigio, deiicendum praedicit b). adstruxit hanc sententiam D. IOANN.

B

TAR-

a) *mathes. bibl. specim. VI. quae. IV. p. 7. 8.*

* PAIRES in hanc sententiam eo facilius descenderunt, quod tam alexandrina, quam vulgata versio luciferum PS. CX. inseruerint, nam vulgatus τοῦς LXX , sequutus verba postrema v. 3. conuertit: *ex vtero ante luciferum te genui.*

b) vid. post alios D. RAMBACHIVS *instic. hermen. S. L. II. C. V. §. IX. p. 215.*

TARNOVIUS, theologus huius almae quondam inclytus, & deinceps mascule vindicauit c), plerique, quod noui, eidem calculum addunt. laudatur tamen WIDEBVRGIUS, qui ad diabolum respici credit: *alludit*, inquit d), *ad venerem propheta, satanamque luciferum suae aurorae filium vocat, quia in maximo splendore & honore erat creatus, in quo tamen non perstitit, sed cum maiorem adhuc splendorem & eminentiam prae reliquis stellis affectaret, stellae cadenti assimilatus est, cuius lumen & claritas, dum e coelo in terram descendere videtur, omnino deficit atque extinguitur.* forte sequutus est IO. EBERH. BVSMANNVM e): ad quem certe in eadem causa prouocat f) VENER. D. OPORINVS, theologus göttingensis praestantissimus. quibus praestructis, de lucifero tantum & filio aurorae exponam. luciferum hic nullum adgnoscit GVSSETIVS, opinans, non nomen, sed imperatium verbi הַלֵּל hic recitari, qui conuertendus fit: *eiulare: הַלֵּל lucifer ES. XIV. 12. error vulgatus, vide ad הַלֵּל, nam istud (י) nisi inde? sume ergo, ut ZACH. XI. 2, hoc est pro imperatium. expone igitur: eiulare fili diluculi g).* eadem repetit deinceps: *supra ad הַלֵּל monui, IES. XIV. 12, הַלֵּל non esse nomen, siue angeli, siue, quod minus stulte tamen quidam putant, stellae, cum sit imperatium huius verbi exponendus, eiulare tu, id probavi h).* praeeuntem habet AQVILAM, qui reddit; *uhula, fili diluculi, & HIERONYMVM, qui proprie secundum fontem ita sonare credit, licet versione sua LXX. interpretibus conformata retineat luciferum: lucifer, qui mane oriebaris.* parum probabilitatis hanc traductionem habere, scribit IOA. CHRISTIAN. GENSELIVS i), id secundum

c) *probl. disp. de B. O. 1618, & exercit. bibl. p. 204. 718. edit. 1627.*

d) *l. c. p. 8.*

e) *de apostasia luciferi cum angelis suis, ad b. l. HELMST. 1691.*

f) *in der erläuterten Lehre von den Engeln. p. 35.*

g) *l. c. p. 394. v. הַלֵּל* h) *l. c. p. 622, v. הַלֵּל*

i) *observat. sacr. S. IV, vot. b, p. 198.*

dum linguae & grammaticae hebraeae leges adfirmare non ausim. nam 1. eadem forma הִירֵל occurrit ZACH. XI. 2, non aliam quam imperatiui eiulare admittens potestatem. 2. littera י sponte velut deducit ad הִי , unde הִירֵל descendit. 3. dubio, quod י non transferit in ו , sicut in verbis $\text{וַיִּפְּ$ post formatiuum fieri fœuit, satisfecit GVSSETIVS k), & locis excitatis addi possunt v. g. IES. XXIII. 16. XXIV. 20. DEVT. IX. 21. XVII. 4. ION. IV. 9. EX. II. 9. EZECH. XXI. 16, neque tamen ea propter GVSSETIO calculum adiicere meum cogor, nam vox הִירֵל luciferi quandoque significatum adsciscit. denotat enim, non diffitente GVSSETIO הִירֵל in hiphillucere, splendere, vt IES. XIII. 10. iudaei הִירֵל de lucifero adciipiunt, quos inter SAL. IARCHI haec verba παραφράζει : *stella splendida, quae luce sua splendet, sicuti stella matutina* m). nec minus interpretes alexandrini conuertunt: $\text{Πῶς ἔξέπεσεν ἐκ τοῦ ἕρανῶ ὁ ἕως ὄρους ὁ πρωτὶ ἀνατέλλων}$, ad quaestionem GVSSETII: *unde illud nisi inde?* (a הִי) n) respondeo cum DANZIO o): *epenthesis in medio vocis inserit litteras quiescentes א , ו , י , post vocalem potissimum cui libet homogeneam. speciatim de י epenthético, magna exemplorum copia producta, id confirmat D. MATT. WASMVTHVS, scribens p): *epentheticum saepe inseritur quiescens post vocalem homogeneam. vocalem autem, quae hoc loco praecedit, maxime homogeneam esse, quis abnuerit? itaque non dubito, הִירֵל grammaticae non minus commode per *luciferum*, quam per *eiulare* traduci posse. *vlula* illud huic loco incongruum esse, VITRINGA q) ait, praedixerat C. XIII. propheta imminens**

B 2

regis

k) l. c. p. 622. a. b.

l) l. c. p. 393. b.

m) vid. D. BREITHAVPT, *comment. hebr. in prophetas maiores & minores, vt וַיִּפְּ HIOBVM & psalmos R. SALOM. IARCHI וַיִּפְּ dicti, ad h. l. p. 96.*

n) l. c. p. 394. a.

o) *compend. grammat. ebraeo-chald. §. 253. p. 142.*p) *hebraismi facilitati & integritati suae restituti C. II. SECT. II. REG. XVII. membr. III. p. 50.*q) *comment. in IES. part. prior. p. 435. a.*

regis regnique babylonici exscidium, eique innixam gentis iudaicae, pristinaeque eiusdem felicitatis restitutionem. per varias scenas hoc drama instruitur. non amplius loquuntur manes principum fato abreptorum, vt ex v. 16. 20. 21. patet, sed drama claudit propheta, vel chorus populi iudaici v. 13. sqq. quae orationis turbaretur series, certe minus adposite flueret, si lucifer in vlulationem transformaretur. repugnat pariter accentuatio. si enim sensus hic foret: *quomodo cecidisti de coelo? vlula fili aurorae*, in voce: *e coelis*, quae vocem quaestionis לילי proxime antecedit, accentus distinctius maior, fakphkaton, locum haberet, quia sensus absolutus fieretur in voce: *e coelis*. iam vero non maior ille, sed minor distinctius tiphcha in ea ante לילי conspicitur r). quare versio recepta merito antefertur, de qua recte VITRINGA s): *in metaphora nulla hic difficultas, quin summa est elegantia. significatur princeps babylonius inter caeteros principes dignitate, gloria, claritate, illustris & stabili, vt videbatur, situs loco, perinde ac lucifer, non claritate tantum reliqua sidera superat, sed & constantissimum in motu suo seruat ordinem; adeo quidem, vt magis mirandum videatur, luciferum loco moueri & cadere de coelo, quam quaecumque aliud illius generis sidus. censentur autem principes esse in coelis, figurato dicendi genere, quod in sublimi sint positi dignitatis fastigio. luciferi nomine regem babyloniae venire, in confesso est. quid autem sibi vult, qui subiicitur, aurorae filius? quodsi immediate ad regem babelis eum referas, non ad luciferum, cur is filius aurorae, non ipsa aurora vocatur? certe filii nomen aut redundaret; aut similitudinis folius nota esse posset, tamquam pulchritudinis emblema, CANT. VI. 10. quodsi autem filium aurorae pro luciferi descriptione adcipiamus, eumque ad*
luci-

r) comp. D. ANDR. DAN. HABICHORSTIVS, theologus quondam ROSTOCH, inclytus, *illustrior. ISALIAE locor. P. II. LOCO. V. disp. IV. p. 64.*

s) *comment, in IES. ad h. l. p. 435.*

Luciferum, tamquam subiectum proximum, immediate, ad regem babylonis mediate reuocemus, quo sensu phosphorus aurorae salutetur filius, varie explicant interpretes. vt vnum alterumque adpellem, D. SÆL. GLASSIVS scribit t) : *natus aurorae h. e. qui velut alumnus est et comes aurorae, vt pulli haerentes lateribus matrum; et alibi v) : filius aurorae stella ea (phosphorus IES. XIV. 12.) vocatur, quia dum auroram comitatur, quasi ex illa natus esse videtur; D. SEB. SCHMIDIVS x) : lucifer dicitur filius aurorae, quia multum ex aurora et sub auroram oritur, quasi ex ea nasceretur. nec longe hinc abit VITRINGA y) : est הַיְלֵל בֶּן שָׁחַר plane idem, quod in apocalypsi (C. XXII. 16.) de diuersissimo subiecto ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός. stella splendida et matutina : quam constat esse veneris, quae dicitur, sidus lucidissime fulgens, phosphori, siue εὐσφῶρος nomine notum, diem, poetarum phraisi, praeueniens, eumque ducens, aurorae signum. inde enim aurorae veluti alumnus et comes, vt stellae, arcturo vicinae, eius filiae dicuntur apud IO BVM (c. XXXVIII. 32.). vellem, vt viri doctissimi simul aperuissent, quid filii nomen hoc loco innuat? ad originem respici nequit. tribuitur aurorae, instar matris, vterus Pf. CX. 3, seu ecclesiae, ex qua spiritualis aurora illuminationis et regenerationis nascitur z), numquam aurora filii repraesentatur imagine. neque etiam ratione phosphori ita dici potest, si ad originem eiusdem spectes, cum aurora sit potius phosphori filius. nam lucifer auroram semper anteuertit, solisque adparentis ortum praesignificat, cum vt hesperus solem sequatur decedentem. num autem filius dici potest, qui parentibus tempore et natura prior est? adest phosphorus, priusquam aurora illuxit, nec sub auroram demum, aut ex aurora nascitur, quae ergo filiationis*

B 3

ratio

t) philolog. S. L. III. TR. I. CAN. XXXVI. n. 6. p. m. 662.

v) l. c. L. V. TR. I. C. X. p. m. 1673.

x) comment. in IESAIAM ad h. l. p. 145.

y) comment. in IES. ad h. l. p. 435.

z) comp. D. ZACH. GRAPPII, theologi quondam nostrae almae celebratissimi, dissert. de decoribus sanctitatis ab utero aurorae, & rore inuentus MESSLAE ad P. S. CX. 3, SECT. III. §. IV. V. p. 18. sqq.

ratio? dicas phosphorum aurorae comitem, nuntium, signum, rem declaras, non nomen filii hoc loco magis, quam I O B. XXXVIII. 32. si filii illi aisch, stellae nobis hodie ignotae comites ibi vocantur. infero hinc, nomen filii significatu aequiuoco, cuius nobis analogia et ratio obscura est, nonnumquam vsurpari, et tandem concludo, nullam suppetere filii notionem generalem, quae ad omnes huius nominis adceptiones transferri posset, sed proprium significatum ab analogico, analogicum ab aequiuoco secernendum et in singulis per speciales classium distinctiones eundum esse.

§. VI.

PRIVSQVAM hinc abeam, paucis monendum est (quod et in sequentibus teneri debet), in filiatione et filiis generatim spectatis, tam relationem, quam fundamentum relationis deprehendi, et vtrumque mente, nonnumquam etiam vocibus secerni, prout vlu biblico idem quoque fieri, infra patebit. nam filiatio generatim consistit in relatione ad alterum, cuius quis filius esse dicitur, et filius est, qui respicit alterum velut patrem quocunque modo. quemadmodum igitur relatio omnis relationis supponit fundamentum; ita et in filiatione adgnosenda est ratio, a qua relatio ista proueniat. relatio ista vocari potest *filiatio formaliter talis*; fundamentum relationis *filiatio causaliter talis*. quando quaeritur, quid sit filiatio formalis, respondendum est per relationem, siquidem totum esse filii, vt talis, consistit in relatione ad patrem. quando autem quaeritur, quid sit relatio causalis, siue quid faciat, vt quis filius sit, atque adpelletur, respondendum est per fundamentum siue rationem filiationis. fundamentum filiationis varium est, prout filius vel proprie, vel analogice, vel aequiuoce capitur: sed filiatio formalis generatim considerata eadem semper est, solaque relatione absoluitur; speciatim autem declaranda est per relationem ad eum, cuius quis filius vocatur, v. g. quando quis filius per generationem dicitur, filiatio formalis exponenda est specialius per relationem ad generantem, quoniam huius filiationis ratio est generatio. quod si vero quis audiat filius per institutio-

tionem, filiatio formalis constituenda est in relatione ad instituentem, quia huius filiationis ratio est institutio. nec excipi potest, omnium consensu et planissime filium dici per generationem, qui ab altero generatus sit, filium per institutionem, qui ab altero sit institutus, nec relationem, aut relationis fundamentum in alterutro vel utroque exigi. ea enim obscuritatis deuitandae causa in usu loquendi vulgari, aut breuitatis causa alias praetermittuntur, neutiquam excluduntur, imo re ipsa includuntur, licet terminis philosophicis haud insinuentur. relatio namque et fundamentum relationis arctissime cohaerent, et hoc posito, illa non potest non poni, illa vero negata, hoc etiam non potest non negari. cognito fundamento filiationis sponte sequitur relatio filiationis, et cuius generis filius quis sit, vltro intelligitur. qua de causa ipse filii nomen inuestigaturus haecenus filiationis rationem tantum peruestigauit, relatione tacite inclusa. interim sicut alias fundamentum relationis ab ipsa relatione distinguere non inutile creditur, quia nostro concipiendi modo inter se differunt; sic filiatio quoque formalis a causali merito discernitur, vt cognitio sit distinctior, et biblicus vsus retineatur. forte quis interferet, ita filii et filiationis dari posse notionem generalem, si filiationem constituas in relatione ad patrem quocunque modo. neque id recusauero, si putatur notio confusa et indeterminata, quae obscurum per aequae obscurum explicat, donec paternitatis ratio specialis explorata haud fuerit. quod si autem quis laboret de notione generali determinata et distinctiori, oleum et operam perdet, nisi prius rationes filiationis omnes perscrutatus sit, omnesque ad conceptum quemdam generaliore reuocauerit, quod fieri numquam posse persuasus sum. quando enim notio filii generalis, eaque determinata formari debet, fundamentum relationis, et relatio, seu filiatio tam causalis, quam formalis ei inferendae sunt; filiatio causalis generalis ab omni filiatione speciali abstrahenda est. in iis autem, quae mox proprie, mox analogice, mox aequiuoce adciuntur, id frustra tentari, nemo dubitauerit.

S. VII.

SVCCEDERET iam terminus complexus, seu nomen filii DEI, quo generatim in sacris litteris CHRISTVS, angeli & homines, & hi quidem vario respectu & pro vario statu salutantur. sed vt hic subsistam & modo dicta disputationi hac vice sufficere credam, licet nonnulla eo pertinentia iam typis sint expressa, fonticae mihi iniungunt caussae. sint proinde ea peculiari reseruata tractationi, proxime interim, DEO VOLENTE, prelo subiiciendae.


SIT. LAVS. ET. HONOR. DEO.





Index


1. Jo. Christ. Guil. Meijer (Prof. C. F. Polzic) Demonstratio hominem integrum, qui progreditur ad statum confirmatus in bono, nobiliorum esse eo perfectiorem creaturam bonis angelis.
2. Jo. Christ. Muller (Prof. Phil. Nic. Wolff) Demonstratio ex principiis rationis dari corpora Angelorum.
3. De eo quod nimium est circa Potentiam Diaboli diffinendam. (Prog.)
4. Jo. Andr. Gottf. Schekelig de Vita humana, imprimis ejus brevitate hodiernâ hujus causis.
5. Jo. Frid. Rector (Prof. Christ. Matth. Gaffio) de Somno Animarum post mortem, contra Dormitantes.
6. Jo. Nic. Seipius de Cultu Dei mechanico.
7. Nic. Nonner de Phrafi S. S. Timens Deum atq. Timor Dei.
8. a. Bernh. Frid. Luiffordius de Notione Filiorum & Filiorum Dei biblicâ.
b. ————— de Notione Filiorum Dei.
9. Christ. Matth. Gaffius de Moralitate, originibus & Finibus Sacrificiorum in genere.
10. Carl. Spenius de Institutis & Cerimoniis Legis Moysicae ante Moysen Continuatio h. Diff.
11. —————
12. Franc. Ulr. Ries de Anâ Foederis ejusq. Fatis & Significatione eorum mysticâ.
13. Lev. Henr. Seelhorpius de Termino Nativitatum V. T. ultimo.
14. Nic. Nonner de Sufficiâ armorum Israclitarum adversus Canaanos.
15. Jo. Christ. Gurgmann de Epochâ N. T. primâ intervallis discernendâ.
16. Jo. Aug. Walpurgensis (Pr. S. S. Baumgarten) de Missione Christiana ad Dei verâ Indole, eorumque ^(ones vindictis) gressat. oppositi.
17. Frid. Aug. Schubarth (Prof. L. D.) de Immortalitate Christi & Christianorum.
18. Ad. Frid. Ern. Taubert (Prof. S. G. Walch) de Apostolorum Peccatis actualibus.
19. Nic. Nonner de Diffidiis inter Vocatos Ex-Judaos & Ex-Paganos tempore Apostolorum.
20. Christ. Aug. Heumannus de Vocatione divinâ ad Ministerium ecclesiasticum.
21. Christ. Will. Weisenborn (Pr. S. S. Baumgarten) de Veris signis Vocationis divinâ ad ministerium ecclesiasticum.
22. Joh. Phil. Frobenius de Prudentiâ pastorali ad signa hujus temporis composita.
23. Dav. Tonath. Clefs (Prof. C. H. Gaffio) de eo quod justum est circa recedenda vel retinenda delicta occulta, etiam ^(atrocia).
24. Jo. Christ. Guil. Meijeri Commentatio quâ sui Excommunicandi Ecclesiâ vindicatur.
25. Steph. Favroskian ^(Simplicius) de doctrinâ hereticorum noviter ab Ecclesiâ se avellentium, quem ~~Antichristum~~ ^{Antichristum} ~~Antichristum~~ ^{Antichristum} Georg. Berth. Bilfingerus, in latinum sermonem, translatus, examinavit & Notulis suis auxit.
26. Sam. Jo. Christ. Lampert (Prof. S. F. Hillero) de Obligatione ad Martyrium.
27. Joseph. Frid. Bando (Pr. S. S. Baumgarten) de Discrimine Virtutum aeternarum & aespantium post mortem.


~











ne virtutum aeternarum et cessantium etc. 35

eiusque speciebus Conf. excell. CARL. GOTTH. MVL-
bracceptorem pie veneror, in Philosophia Praef. Vniuers.

eciales quae forte adhuc distingui possent haud difficile ad
neratis referendae sunt.

§. XCII.

perfectio. Perfectionis magnitudinem consti-
et multitudo consentientium. In virtute con-
es DEI et libertas spirituum. Illae autem sunt
haec inter finita summum, summa igitur virtutis
er finitas.

§. XCIII.

statui nostro infert realitates, ergo voluptatem
abilem aut non; si prius, perfectio est vera.
nisi aeterna esset, rationem contineret taediorum,
eius cum statu nostro consentire nequit. Per-
terna.

obiectionem petit contra hunc §. 93. ex superioribus,
3. Ille cogitet 1) quod bona huius seculi sint modo hy-
1, quod ex ipsa eorum denominatione patet; hic autem
e loquimur absolute vera, nulli entis intelligentis statui
2) Quod omnia bona transitoria quibus proportionata
petitio, consecraria sua per totam durationem nostram

§. XCIV.

perfectio vera aut est finita, aut infinita. Prior,
i capax sit; nihil quoque sit sine rationata per
libet etiam illius consecrarium consentiat, haec
tione finita successiue existant, et consentienti-
augeant; Inde autem perfectionis magnitudo
sequitur quod perfectio vera finita sese semper
m. Perfectio finita, non praegnans, grauida,
a est perfectio vera.

apparens cum modo perfectionis speciem habeat per erro-
ue in se sit imperfectio; tandem in taedia degenerat, talis
tio hoc respectu admodum sterilis est, foecundum tamen
incipiam.

E 2

Perfe-

